



Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De casibus in quibus inquilinus potest amoueri à sibi lacata domo, & an
licet locare domos meretricibus, vel vsurariis, & an clericis liceat locare
operas suas pro diuinis officiis exercendis, & quo ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

(Detasibus in quibus inquit nus potest amoueri à sibi locata domo, & an licet locare domos meretricibus, vel vñfurariis, & an eritis liceat locare operas suas pro diuinis officiis exercendis, quo tempore anni pensio locationis sit soluenda.

C A P. LI.

VT ad absolutionem huius materiæ de locatione properemus, reliqua quæ nos manent dûbia, nunc dissoluere contendamus, primo ex iure elicendo casus in quibus colonus, seu inquilinus cui in certum tempus domus locata est, ante præfinitum tempus possit ab ea amoueri. Sunt enim quatuor casus in quibus hoc fieri licet, ^{a cap. propter. §. 71.} primus quando in longum tempus, scilicet in decem aut ad minimum in quinque annos locata fuit domus, & conductor in duobus primis annis pensionem nō soluit, aut quando in minus tempus locata est & die præstato non soluit neque celeriter satisfact: ^b tamen qui non soluit per dictum biennium in primo casu audiendus est, si paratus est soluere, ^c si tamen alius casus de sequentibus non est.

Secundus casus est cum dominus locans domum, ad suam habitationem propter aliquam necessitatem superuenientem post: ea opus habet si tamen commode sibi alter providere potest non dicetur necessitatem habere, que tamen superuenire potest locari, qui aliam domum non habet: quando locat, secundum Nauarrum cap. 17. num. 193 contra Sylvestrum verbo locatio. questione 9. ibi Sylvester ait quod si locans domum tempore locationis altam domum non habebat etiam si superueniat necessitas, nō poterit expellere inquilinum, quia tunc imputabitur sibi in cuius gratiam allegat. ff. locat. leg. si quis domum, §. huius subsugi. At vero Nauarrus ait quod si tunc tempore locationis locans suam domum degebat cū alio & postea uxorem duxit, cum qua separatum viuendum est sibi, poterit expellere inquilinum, & hoc videretur magis equitati accedere quidquid sit de rigore juris.

Tertius casus est quando domus indiget reparacionem, quo tempore locationis non indigebat, ut in dict. cap. propter. Sed in hoc casu sicut in precedenti secundo fiet

*¶ cap. pro-
ter. §. 7.* recompensatio ad ratam temporis, & ea reparata inq-
linus potest petere se reponi in ea per glof. & textum, &
duo ff. vii possi, §. cum inquilinus. Igitur in hoc casu videt
ximus remittenda est pensio, vel locator prouidebit alia domo aequa idonea l. cum plures ff. eo. tit.

¶ Quartus casus est si conductor peruerso conuenit
tur in domo sibi locata etiam sine laesione domus, ut qui
ibi meretrices, desides quosque & lenones, & id genus
homines vitiulos recipit, tuncque locans nihil condonat.
Auctori de pensione remittere tenetur secundum Hostienem, & Nauar. aut si male vitetur domo cum damno illius,
intra cubicula sues inducendo, arbores incendendo, agri
debito tempore non colendo, & tunc dominus remittet
de pensione pro rata debet: potest tamen dampnum ini-
dicio, & interesse petere, ita Panormitan. Ioan. Imola &
Hostien. in dicto cap. propter. & sic concordantur. Le-
dem, & caput propter. quæ videntur contrariari.

¶ At Alexander Imo. consil. 126. addit. 5. casum, quando scilicet conductor iuravit omni anno soluere, & cel-
sat uno anno soluere. l. si quis maior. C. de transact. & hoc
communiter secundum doctores in d. l. tener in omnibus contractibus iuratis.

Q. 1. ¶ Deinde illi quæstionis in hoc loco satisfaciendum est, an qui aliquam rem propriam ecclesiæ in emphytevia
temporariam aut perpetuam habet, & pensionem non soluit, ipso facto eam perdat. Respondetur, quod diffinitio
est iuridica contenta cap. potuit. de locat. quod con-
ductor in casu quæstionis ipso facto eam perdit si per bi-
ennium pensionem soluere cessauerit, nisi celeritate solu-
tionis mora purgetur.

Q. 1. ¶ Sed quando purgetur ista mora non satis conuenit
e. c. potuit inter doctores: nam Innocentius, & Ioan. And. & Bald.
de locat. Spec. tradunt istam motam putgari: si ante citationem
vel statim post eam sine alia dilatione soluit debitore
ecclesiæ dictam pensionem.

¶ At vero glossa, & Cardinalis in d. cap. potuit, potius
censem in hoc casu, scilicet quando mora celeritate so-
lutionis purgetur, vel non, relinquendum esse arbitrio in-
17. num. 192. dicis, qui penitus circumstantiis hoc iudicabit, & hoc re-
rius esse videtur secundum sententiam Nauar. f.

¶ At quid si predium, quod quis sic in emphyteusim Q53
habet, sit alterius personæ priuate, & nō ecclesiæ, an amitt-
atur tale predium ob non solutionem? Respondeatur quod
non perditur ob non solutionem pensionis ante triū an-
norum lapsuin. Veruntamen mora solutionis purgari
non potest propter maius temporis spacium quod ad ta-
lem solutionem faciendam præstat.

¶ Sed si dominus prædij debet tantum emphyteutæ,
quantum sibi debetur non perdit rem emphyteuticam:
& hoc propter cōpensationē quæ solutionis vim habet.^k

¶ Præterea, licet hic mihi placeat illam inserere qua-
tionem, an licet locare domus meretricibus paratis ibi
ad meretriciādum, quam longe lateque prosequitur Na-
var. ⁱ Sed tamen non est animus eā prolatare: sed potius
sob his pūctis strīctim coarctare. Vnde dico primo, quod
licet potestati publicæ permittere, ut in aliqua ciuitatis
parte sint meretrices secundū D. August. in libr. de ordine,
prost refert D. Thom. ^k dicens, quod, ut Deus permit-
tit aliqua mala: quo maiora vitentur, vel maiora bona se-
quuntur, ita potestas humana imitās eum id facere potest.

¶ Secundo dico cum Nauarro, quod licet permettere
lapanaria ratione iam dicta. Sed nō eo modo quo alicubi
permittuntur, videlicet constituendo eis patronos, & lo-
cando domus cariis, quam locarentur honestis, eo quod
magis lucrantur, quam illæ, & recipiendo aliquā turpis
laci partē, quia hic modus est participandi lucrū ex pec-
cato proueniens, & quia auctore Cae. supra d. art. 2. non
licet permettere peccatum hac ratione ut participet quis
in delictum procedēs. Sed dico forte sicut meretrix post
patratum peccatum licite pretiū accipit: ita licite pro do-
mino illi locata in loco permisso circa cōsensum illius pec-
cati licet locanti id pretij recipere contra Nauarrum,
qui hic adhuc in sua opinione videtur persistere, quam
supra sufficienter refutauimus: vbi nitebatur defendere,
quod meretrici in conscientia post perpetratum peccatum
non licet pretium suæ turpitudinis tanquam ex debito
legali sibi debitum accipere, aut exigere.

¶ Tertiò cum Nauarro assertimus, quod non licet lo-
care meretricibus domos in ea parte ciuitatis, in qua ciui-
tas non permittit eas habitare: quia talis sic locās legem,

& consuetu-

g. l.fin. C.

de iure em-

phyt.

h. arg. c. fi.

de posseß.

Q5.4.

i. Nauar.

Sum. Lat.

cap. 17. nu.

194.

k. Thom.

22. q. 10.

art. 2.

312 Cap. LI. Ac liceat locare domus meretricib. &c.
& consuetudinem justam transgreditur contra caput quod
contra mores. 8. dist.

¶ Quartio dico, quod licet Nauarrus ibi assertat diffi-
cile defendi posse quod non peccat mortaliter, qui facit
vel locat domum meretrici ad meretricandum etiam in
ea parte ciuitatis, in qua permittitur habitare propter
multa argumenta apparentia que ibi accumulat, sed quia
contrarium seruat consueto. totius fere orbis Chri-
stiani, & quia prae dictum dictum Divi Augustini ab om-
nibus receptum vix potest permitti sine domu loca-
tione, & quia in urbe Romana sciente & paciente Papa co-
sueverunt locari domus meretricibus, & cōfessarij absolu-
unt, & semper absoluunt locatores earum sine propo-
sito abstinendi a tali locatione, & quia ad contraria argu-
menta, quae iudicio Nauarri urgentissima sunt, responde-
ri potest talia argumenta militare, & conuincere con-
illum, qui locat tales domus eo sine principali, vel minus
principal, ut meretricentur: non autem contra illos lo-
catores: qui illis locant domus ad viuendum tantum ei
vera displicēntia coram Deo meretricij & artis mereti-
candi, ideo cōtrarium, scilicet quod liceat locare illis do-
mus, quod sine scrupulo affirmat Maior: ¹ non audet Na-
uarrus damnare propter praedicta, & quia hoc signifi-
cat videtur de usuris, quatenus vetat locari domos usu-
riis ad fœnum exercendum, & quatenus non vetat loca-
re indigenis, sed tantum alienigenis, quamuis replicari possit,
inquit, probari quidē ibi quod permittitur locatio usur-
riis indigenis ad fœnum exercendum in foro exteriori, no-
tamen quod liceat locare in interiori conscientia, de quo
agimus. Vnde hæc intelligētia replicat Nauarri est vera,
nam in foro conscientia si confiteamur modo prae-
dicto licitum esse locare domos meretricibus; non subinde
sic concedere cogimur licere in conscientia locare do-
mos usurariis: quia hoc genus artis usurariæ semper ver-
git in detrimentum temporale tertij. At meretricium, no-
tam vergit in detrimentum temporale tertij aliquius ini-
uiti, & quia permittitur eis ad evitanda graviora catinis
peccata, propter quæ Deus illas vastauit ciuitates.

¶ Tandem Nauarrus contendit probare, quod magis
expediter non permittere lupanaria. Sed credo impli-
bus

I. Maior. in 4. dist. 15. q. 35.

1. non audet Nauarrus damnare propter praedicta, & quia hoc significati videtur de usuris, quatenus vetat locari domos usurariis ad fœnum exercendum, & quatenus non vetat locare indigenis, sed tantum alienigenis, quamuis replicari possit, inquit, probari quidē ibi quod permittitur locatio usurariis indigenis ad fœnum exercendum in foro exteriori, notamen quod liceat locare in interiori conscientia, de quo agimus. Vnde hæc intelligētia replicat Nauarri est vera, nam in foro conscientia si confiteamur modo prae dicto licitum esse locare domos meretricibus; non subinde sic concedere cogimur licere in conscientia locare domos usurariis: quia hoc genus artis usurariæ semper ver git in detrimentum temporale tertij. At meretricium, notam vergit in detrimentum temporale tertij aliquius ini uitii, & quia permittitur eis ad evitanda graviora catinis peccata, propter quæ Deus illas vastauit ciuitates.

bus adolescentibus expediret hæc spectacula lupanariū, quia ignorantes sunt, non videre. At quod non expedit permittere ea pro iā effrænatis, & ad abominabiliora eorum vita, in quibus iā propensi sunt vitanda, non satis probat. Siue neque latē probat, quod non liceat permettere patronos; non qui ē pro patrocinando meretricū peccatis; sed ad defendandas eas ab iniuriis, & ad explorandum, an aliqua earū sit infecta morbo gallico, aut aliis contagiosis morbis: ne permittatur meretricari cum periculo in fieri ad eam accedentes, & vt expellatur.

Tandem concludit Nauarrus pessimā esse permissionem, qua caupones intra domus suas vel in tuguriolis contiguis permittunt meretrices, quo plures eo diuertāt, quia non fit autoritate publica, & est mixta participatio. Condemnatque Nauarrus factum querendi lucrum vel tributum ex meretricio, & fædis meretricum operibus.

Præterea iuxta supradicta, dicendum etiam appareat, si hec quod res venalis locari non potest extirpare periculo conductentis, quoad perditionem, & deteriorationem; sed id videret fieri in fraudem usuratum, quia res extirpat intercedit loco pecuniae: ^m nec est vera locatio, m ^{l. si ve-} quia in locatione periculum rei manet apud locantem, rō. ff. solut. non apud conductentem. ^{matrim.}

Verum tamen locari possunt fructus decimarum in triennium, ramen ad annum censum laicis, secundum Panor. in cap. etiam de locatione, & conductio.

Sed dubium hic non sub silentio prætereundum hoc est, an liceat clero locare operas suas pro diuinis officiis dicendis. Solutio igitur quæstionis tribus punctis absolvitur, primò dico pro rebus temporalibus ecclesiasticis, ut pro officio ecclœsiæ in temporalibus tam licet recipere stipendium.

Secundò dico, pro diuinis officiis dicendis ex officio non licet sacerdoti suas locare operas, quia cum spirituales sint huiusmodi operæ, simonia esset pro labore earū intrinseco aliquid accipere. ⁿ Imo neque cæci ad ecclesiastici valvas recitantes orationes pro eis loco pretij possunt accipere temporale, sed bene gratis loco eleemosy. ^{n cap. cum in Ecclœsiæ de Simon.}

Tertio dico clericus potest pacisci cum aliquo vt
v. 5 moretur

314 Cap. LI. An liceat clericis locare operas, &c.

moretur ipse in aliqua ecclesia ad celebrandum ibi diuitias pro illo, ita tamē quod intentio non dirigatur ad diuinitatem sed ad mālitionem, quā ibi facit, vel ad obligationem temporariam, quam subit obligando se per aliquid tempore vel ad dominum quod ob moram patitur. ¶ Neque clerores ecclesiarum possunt sub anno cēsu sibi reddere, locare alicui sacerdoti iurisdictionem, vel potestatem dispensandi sacramenta, quia aperta est simonia, licet non obligatione, qua se sacerdos obligat pro anno, hæc sub re munia, possit ei consignari stipendium.

Q. 6. ¶ Ad hæc quæstio est leitu digna, an merces locanis, & quælibet alia pēsio sit soluenda in principio, vel in fine anni. Circa quā quæstionem glossæ in §. penultima instituta de inutil stipulationibus, & in I. I. C. quādō dies leg. ced. continent sententiam hanc, quæ in his versibus explicatur.

Annuā si debes tunc inspicies caput anni,
Anno si debes in fine teneberis anni.

Circa quāi quæstionē varie loqui doctores ait Nauar. rus, & sed ipse sequitur sententiam Sylvestri verbo loco. quæstione 5, quæ est Panormit. cap. proper sterilitati. scilicet quod in primis conuictio partium circa hoc est obseruanda, & ea deficiēte, cōsiderudo regionis vesti. attendēda, & eis deficientibus, regulariter soluenda sit in fine anni quando unica solutio est facienda, & tempus ponitur causa differendæ solutionis ut resoluti Iason. & hoc regulariter dictū est, soluendam scilicet esse in fine anni: nisi ex causa proper quam datur, & ex personacē datur, & ex aliis circumstantiis aliud esse faciēdum consti. ciatur secundum Panormitanum tenentē cī comuni. in d. cap. proper. de locat & satis in cap. peruenit de arbi. vbi notat differentiā inter soluere annuatim: & in omni anno, quia qui tenetur soluere annuatim, in principio anni tenetur: qui vero in omni anno, in fine anni debet, sed tu tenendo resolutionem hanc Sylvestri & Nauarri.

Q. 6. ¶ Sed hic dubium incidit quoque, an inquilinus, vel conductor proper fūperuenientē probabilem necessitate dimittere possit domum conductam etiam contra voluntatem domini. Panormita. cap. proper sterilitati, cī huius meminerit quæstionis, ait, posse quidē in hoc casu dimittere

dimittere domū sic conductam, & sic in conscientia videatur esse seruandum: licet in foro contētioso aliter fieret, quia hoc innititur equitati, maxime quando locator parvum aut nullum, inde reportat damnum, ut mihi videtur.

(Delocatione operarum vbi augetur labor & d. locatione rei missa, de locante cameram in nauī, vel domo ad custodiam suam, si inde aliquid pereat.

C A P. LII.

Adhuc licet abunde circa hanc materiam dixerimus: Non tamen officio nostro faciemus satis: si multa, quæ perstant dubia scitu necessaria hic tacuerimus, ideo adhuc queritur an si locator operum conuenit cū conductorē, quod certo pretio inseruet familiæ vel monasterio, puta in officio Barbitonoris, aut medici, si augementum numero familiae, aut conuentus, an pro eodem pretio teneatur eis inseruire.

Ad hanc quæstionem hæc communiter veniunt dicenda vitra supradicta: primum quod si quis verbi gratia, locans operas suas patri familias ad coquendum panes, vel laundum pannos pro tota familia determinata, ut puta pro 40. personis: aucta familia, vel diminuta augementum, vel diminuendum est pretium.

Si vero numerus erat indeterminatus, ut sunt conuentus religiosorum vbi aliquando sunt plures, aliquando pauciores: non augebitur, neque diminuetur salarium, licet plures, vel pauciores sint, facit capite quanto de censibus, & Panormitanus ibi. Si tamen he locans operas nimis graueritur per iudicis officium sibi prouidebitur, sed in conscientia non tenebitur prouidere tanta multitudo. Et è converso nec conuentus tantum soluere: si notabiliter numerus religiosorum diminuatur, quia contrahitorum eadem est disciplina.

Sic etiam hinc colligitur, quod si Petrus conuenit cum Paulo, ut certo pretio molat pro se, & suis heredibus in perpetuum, si processu temporis heredes Pauli multiplicantur, quasi in infinitum, secundum Hugonē nō recaret Petrus pro eodem pretio admittere ad molendum, quia non videtur Petrus de hoc cogitasse, quādo se obligavit.